



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

12. An Regulares etiam in grangiis possint constituere Oratoria? Et quid si
Episcopus loci repugnet? Et an in dictis grangiis, & Oratoriis non solum
possint celebrare Regulares, sed etiam sæculares, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

recreationis Paulo Papa III. concessum, deinde à Concilio Tridentino vniuersè sublatum, vobis eatenus restitutum, &c. [No pudo decirlo mas claro. A la razon contraria respondo, que el permitir, ò no permitir esto los Obispos no puede variar la fuerza del precepto. Proestitico, ni reuocar el Concilio; à la mucho puede agruar la pena de la transgressión, porque sin dependencia de la pena, que puede poner el Obispo, estan reuocados; y los Autores de la contraria opinion lo van casi concediendo en los discursos, y distinciones, que hazen, y assi los priuilegios que han de valles, quanto à este punto de vsar Altar portatil, son los concedidos despues del Concilio. Y quando demos, que los antiguos estan reuocados, así està vno de Gregorio XIII. à la Compania, que commença *Decret Romanum Pontificem*, y es despues del Tridentino, en que concede. *Quod in Oratorijs, & Capellis, que ipsius Societatis Prouinciales per se in Domibus Collegijs, & alijs locis, vbi aliqui Societatis residebunt, approbauerint, & ad officina officia celebrari possunt.* de cuyo priuilegio gozauian las demas Religiones por participacion, como lo afirma Suarez *sect. 3. citata exceptione 4.* Rodriguez *num. 1. 99. Regul. quest. 43. art. 4.* Naldus *verb. Missa, num. 1. 12. Fagunaz lib. 3. cap. 13. num. 17.* Reginald *lib. 29. num. 17.* Pero que seria, si el Obispo Diocesano conuocasse en virtud del Tridentino, *sess. 21.* respondo nouissime Lezana *tom. 3. verb. Altare, num. 14.* Diana *part. 6. tract. 8. resol. 39.* que aun es muy prouable, que podia, porque el Concilio, quando les da poder à los Obispos, *ne permittant celebrare.* habla de las casas priuadas de los seculares, y no de las de los Religiosos. A mas de que vn famoso priuilegio de Pio I V. à los Canonigos Regulares S. Saluatoris Lateranensis, de quo lo refieren Peyrinis, Peregrinus, & Diana, el qual derogò al Concilio.] Ita Garcia, cui etiam adde Lezana in alio loco, nempe, *tom. 2. cap. 21. n. 14.* sic asserens: [In Oratorijs etiam, quæ solent esse in Religiosorum Monasterijs, Claustris, Infirmarijs, &c. videtur posse Religiosos celebrare Sacramentum Missæ, propter priuilegia adducta, quæ quoad hoc non videtur reuocata.] Hæc Lezana, qui *tom. 4. verb. Oratoria, num. 6.* optimè addit, quod in Oratorijs, quæ sunt in Domibus Religiosorum, priuilegia Societatis hæc participantium, iuxta concessionem Greg. XIII. hæc deputentur ad Missam celebrandam à Prouincialibus, poterunt ibi Sacerdotes alij non Regulares celebrare. Idem etiam docet Suarez *tom. 3. in. 3. p. disp. 81. sect. 3.* Vide etiam Cardinalem Lugum *de Sacram. Euchar. disp. 20. n. 1.* & nouissime me citato Bassaum in *Eucl. mor. verb. Missa, 4. n. 1.*

1. Nota hic obiter, iupradicta Oratoria non indigent benedictione, neque postquam est constructum, in eis celebretur, sed sufficere lapidem sacratum, super quem Christus sub speciebus panis, & vini sacrificatur. Quod probatur: tum quia in Rituali Pauli vniuerso in mentio solum de Ecclesijs & Oratorijs publicis; ergo signum est, illa non indigere benedictionibus prædictis, aliter Rituale illis propriam, vel communem benedictionem, ne videretur mancus Author in assignandis tribus. Tum, quia Oratoria polluta non indigent reconciliatione, ea ratione, quia locus non polluitur, nisi prius fuerit consecratus, aut benedictus, secundum Suarez *tom. 3. disp. 81. sect. 4.* Emmanuelle Sa *verb. Ecclesia, num. 13.* ex eisdem, & Conincho, *Oratorijs celebrari posse sine illis benedictionibus* possunt in vsum sine illis deduci. Ex quibus colligitur alia ratio, cur possint fundari sine licentia Episcopi: quia idem illius licentia exigitur, vt primarium

lapidem benedicat: ergo, si non est necessaria benedictio, neque licentia ad eam. vide Ioan. Henriquez *in 99. pract. sect. 12. quest. 26.* Itaque, licet de iure communi Missa celebrari non possit, nisi in locis ab Episcopo consecratis, aut benedictis ex cap. *Nullus, de consecrat. dist. 1.* non videtur tamen necessaria, quod loca, in quibus vi præsentis priuilegij dicitur posse celebrari, sint modo dicto benedicta. Ducor, quod Sanchez *lib. 9. de matrim. disp. 15. num. 39.* ex Abbate, & alijs, docet, Oratoria, etiam nunquam benedicenda, aut consecranda, sint, si tamen ad publica officia diuina semel ab Episcopo deputentur, locis sacris annumeranda esse, eò quod talis deputatio sit ad instar benedictionis. Possent autem in dictis Oratorijs Sacerdotes etiam seculares celebrare, docet Quintana *duenas loco vbi infra, & Garcia vbi supra numero 33.*

3. Et idem ad confirmationem, iupradictorum apponam verba Marchini *de Sacram. Ordinis, tract. 3. part. 3. c. 9. n. 13.* sic asserentis: [Quæres, an Prælati Regulares possint in suis Domibus deputare, iuxta Oratoria, in quibus, absque alia Ordinarij, vel Summi Pontificis licentia, Missas facere possint, non solum omnes illius Ordinis Religiosi, sed etiam Presbyteri seculares. Respondeo, id posse Generales, vel Prouinciales, etiam non requisita Episcopi licentia, dummodo Oratoria ad diuinum cultum tantum sint deputata. Sic Gregorius XIII. Societati Iesu per Breue, quod incipit: *Decret Romanum Pontificem*, quod refert in *Compendio priuilegiorum, eiusdem, tit. Oratoria, & in nostris priuilegijs, sub tit. Missa, §. 1.* quo priuilegio fruuntur alij Ordines Mendicantes, & non Mendicantes, per mutuam communicationem.] Ita ille: cui adde Azorium *tom. 1. lib. 1. cap. 26. q. 9.* Fagundez *præcept. 1. lib. 3. cap. 13. num. 17.* quicquid in contrarium dicat Bonacina *de Sacram. disput. 4. quest. vlt. punct. 9. tom. 10.* Vide etiam Pellizzarium in *Manual. Regul. tom. 3. tract. 8. cap. 5. sect. 2. num. 65.* Vbi ex priuilegio Gregor. XIII. Societati concessò obseruat, deputationem Oratorij necessariò faciendam esse à Prouinciali, & si in aliqua Religione non adit Prouincialis, à Patre generali. Videant Regulares, si hoc obseruent.

Sup. hoc inf.
in Ref. 6.
§. Sed hic.

RESOL. XII.

An Regulares etiam in Grangijs possint constituere Oratoria?

Et quid, si Episcopus loci repugnet?

Et an in dictis Grangijs, & Oratorijs non solum possint celebrare Regulares, sed etiam seculares, vel saltem vnus, vel alter benef. flor, aut amicus?

Idem est de audientibus Missam in prædictis Oratorijs.

Et an iupradicta Oratoria non indigeant benedictione, & per consequens, & si polluta fuerint, non indigent reconciliatione; & quando indigeant, à suis Prælatibus etiam localibus benedici possunt.

Et aduertitur, quod in prædictis Oratorijs ex priuilegio Alexandri VI. concessò Cisterciensibus possunt Regulares ibi diuina officia celebrare, & familiaribus, & Vassallis Sacramenta Eucharistia, & Pœnitentia ministrare, absque licentia Ordinarij.

Et notatur, quod Prælati Regulares possunt approbare, & designare Oratoria non solum in Monasterijs, & Grangijs, sed etiam in locis, in quibus recreationis causa proficiuntur.

Et docetur Ordinarium non habere ius visitandi Oratoria Regularium ruri constructa etiam si campanam habeant pendentem è turri.

Et

Et eadem queritur, an supradicta Oratoria gaudeant Immunitate Ecclesie? Ex part. 9. tractatu 2. Resol. 33.

§. 1. **R**espondeo affirmatiue cum Lezan. in *sum. tom. 1. ca. 1. num. 15.* ubi sic ait: [In grangijs quoque Monasteriorum, seu in prædijs ipsorum, vtilitatis, & recreatiouis causa acqulitis, posse fieri Oratoria, in quibus diuina Officia celebrentur sine licentia Ordinarij, non obstante Concil. Trident. *sess. illa 22. iam citata*, eò quòd Concilium solum loquatur de priuatis domibus; hæc autem prædia, seu grangia non sint tales, docent aliqui Authores, propter aliqua priuilegia Religionibus concessa. *Rodrig. tom. 2. quest. Regul. 9. 75. art. 1. & 2. & Laur. de Peyr. tom. 1. priuileg. Minim. in Constitut. Pyrribi, n. 29.* Et licet aliqui nane facultatem Regularibus concedant, non repugnant Episcopo; tamen Lezana (offert enim se non vocatus, quia illum ex corde diligo) in *sum. tom. 3. verb. Altare, n. 14.* putat etiam in casu, quò Episcopus repugnet probabile esse, posse vti Regularibus priuilegiatis hæc facultate celebrandi Missam cum Altari portatili in grangijs, & prædijs suorum Monasteriorum. Ratio est, quia Concilium loco relato solum conceit Episcopis, ne permitant celebrare in priuatis domibus, aut omnino extra Ecclesiam. Hæc verò prædia, seu grangia, non sunt priuata domus priuatarum personarum, aut secularium; sed Monasteriorum, & Communitatum Religiosorum, nec sunt omnino extra Ecclesiam, quia sunt partes Ecclesie, & bona ipsius.] Ita ille: cui adde Rodriquez in *qq. Regul. tom. 2. q. 75. art. 1.* Ioan. de la Cruz de *statu Relig. lib. 2. cap. 5. dub. 7. concl. 2.* & Leonem de *conf. recol. 6. n. 854.*

2. Notat tamen Ioann. Henriquez in *qq. practic. sect. 22. q. 26.* Quintanaduenas in *Theol. mor. tom. 1. tract. 7. sing. 34. n. 5.* in dictis grangijs, & eorum Oratorijs, non solum posse celebrare Sacerdotes Regulares, sed etiam seculares. Bordonus verò in *consil. Regul. tom. 2. resol. 90. num. 9.* notat, quod Regulares non possunt in illis admittere ad Missam extraneos; quia instituta sunt tantum ad vsum Fratrum, & eorum Familie, & colonorum, vt colligitur ex cap. *Pateribus 10. de priuileg. cap. fin. de censib.* & ex priuilegio ruri tenore. Nihilominus non censetur interdicta receptio vnus, vel alterius benefactoris, aut amici ad Missam audiendam, maxime cum nulli præiudicium afferatur. Ita ille: imò ex priuilegio Alexandri VI. putat Pellizarij in *Man. Reg. tom. 2. tract. 8. c. 2. n. 134.* seculares posse liberè audire Missam in Capellis Regularium rusticis.

3. Et tandem nota, id quod docet Garcias in *sum. Theol. mor. tract. 3. diff. 7. dub. 2. punct. 3. n. 34.* ubi sic ait: [Aduerto à cerca los Oratorios de las granjas, que Alexandro VI. concedio à los Cistercienses, que puedan celebrar alli los Oficios, y administrar los Sacramentos de la Penitencia, y Eucaristia à los vassallos, familiares, y criados del Conuento, sin licencia del Ordinario: que se entienda por criados, y familiares. si solos los que viuen dentro las puertas del Conuento, ò otros tambien; esplicalo Luys de S. Iuan. q. 8. art. 9. duda 2. Miranda tom. 1. q. 42. art. 1. & 2. refuelen, que tambien los que estan fuera en granjas, ò casas de Religion.] Hæc ille, & alij.

4. Verum, an dicta Oratoria gaudeant immunitate: Garcias *vbi supra* ex Suarez, & Henriquez affirmatiue respondet: sed putat, ad hoc vt gaudeant hoc priuilegio, debere esse benedicta. Sed Bordonus *vbi supra num. 6.* non facit mentionem de tali benedictione: sic enim ait: [Quamuis Oratoria priuatorum immunitate non gaudeant: Regularium tamen Oratoria; cum potius publica sint in ordine ad Religionem,

licet priuata exclusione extraneorum, immunitate gaudent, si non ratione sui, saltem ratione Claustrij, aut grangiarum, quæ tali immunitate gaudent, vt ex priuilegio concessio Ordini Cisterciensium refertur Rodriq. tom. 2. quest. 75. artic. 2.] Ita Bordonus. Et quidem supradicta Oratoria, vt Oratoria Monasteriorum non indigent benedictione, & vt optime obferuat Bordon. *sup. num. 4.* quando non fuerint benedicta, licet polluta, non egent reconciliatione, eò quòd reconciliantur solum loca consecrata, aut benedicta ex c. *fin. de consec. &* quando indigent reconciliatione, à suis Prælatijs etiam localibus benedici possunt. Quod probatur à fortiori: nam hæc possunt fieri, quando eorum Ecclesie essent reconcilianda.

5. Nota hic etiam, quòd stante consuetudine interpretante dicta priuilegia Summorum Pontificum, Prælati Regulares non solum possunt approbare, & designare Oratoria in Monasterijs, & grangijs, sed etiam in locis, in quibus recreationis causa proficiuntur, vt in villis PP. Iesuitarum, & aliorum Religiosorum. Ita Pellizar. in *Man. Reg. tom. 2. tract. 8. cap. 2. sect. 2. n. 91.* qui etiam cap. 5. sect. 2. n. 76. docet Ordinarium non habere ius vilitandi Oratoria Regularium ruri constructa, etiam si campanam habeant pendente in turri.

RESOL. XIII.

An Regulares in Grangijs seu Cellis particularibus possint celebrare in Altari portatili, contradicente Episcopo?

Et supponitur, quod non contradicente Episcopo, & prohibente, possint adhuc Regulares, non obstante Concilio Tridentino celebrare in Grangijs, & Cellis particularibus, & in quocumque decenti loco cum Altari portatili. Ex p. 6. tract. 8. & Misc. 3. Resol. 39.

§. 1. **S**uppono posse Regulares celebrare cum Altari portatili in quocumque decenti loco, Episcopo non contradicente, & tum solum non posse quando id prohiberet. Ita Ledesma in *summa, tom. 1. cap. 20. de Euchar. difficult. 4. circa concl. 2.* Ioannes de la Cruz de *Priuileg. Regul. lib. 2. cap. 5. dub. 7. post conclus. 4.* Emanuel Rodriquez in *quest. regul. tom. 1. quest. 47. art. 5.* Hieronymus Rodriquez in *Compend. Q. Regul. resol. 9. num. 4.* Portel. in *dubijs regul. verb. Altare, num. 1.* Marchinus de *Sacrament. Ordinis, tract. 3. part. 3. cap. 9. numero 12.* Lugo de *Sacrament. Eucharist. disputat. 20. sect. 2. numero 51.* & alij. Nec obstat Concilium Tridentinum *sess. 12.* & ibi clausula. *Non obstantibus quibuscumque priuilegijs*, quia non tollit directe priuilegia, sed dat facultatem Episcopis prohibendi etiam contra priuilegia, & ideo non obstantibus quibuscumque priuilegijs possunt Episcopi prohibere Regularibus ne celebrent extra Ecclesiam, quod si non prohibeant non est Regularibus interdictus vsus priuilegiorum quicquid in contrarium asserat Peregrinus in *compend. Priuileg. part. 1. tit. Missa, §. 2.* Fautus de *Sacrament. Eucharist. lib. 2. quest. 171.* Fagundez de *precept. Eccles. part. 1. lib. 3. cap. 13. numero 16.* Beja *part. 4. casu 33.* Chameroza de *Sacrament. Eucharist. dub. 15.* Suarez *tom. 3. disputat. 81. sect. 7.* Coninch. de *Sacrament. quest. 83. art. 3. dub. 1. n. 226.* & alij.

2. Sed his suppositis difficultas est, an Episcopo contradicente, & prohibente possint adhuc Regulares non obstante Decreto Concilij Tridentini celebrare in Grangijs, & Cellis particularibus? &

Sup. hoc in Ref. seq. §. 2. & in alijs §§. eius annot.

Sup. his Sacerdotibus secularibus cuius in fin. §. 1. Ref. precedentis, & in tom. 9. tr. 7. Ref. 49. §. Secundo, à simili breuiter ad med. & in alijs §§. eius not.

Sup. hoc inf. in Ref. 29. §. vlt.

Sup. hoc inf. in Ref. 62. §. vlt. & in tr. 1. Ref. 9. §. 2. ad med.